

## **Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia**

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis  
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium  
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quovis anni tempore habendarum  
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed  
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

**Drexel, Jeremias**

**Antverpiæ, 1643**

Cap. XII. Epilogus, & compendium dictorum omnium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

do igitur in continuo versamur periculis, cum omnis vita tentatio sit & iniuria, necessarium est, ut omnis timor noster, omnis devotio & observatio nostra ad undum Deum convertatur.

Duplex tentationis genus est. Primum, cum experientiam nostram sumitur, ut ea, quæ praediti sumus, innotescat virtus, & digna fiat ampliori præmio. De hoc Apostolus: *Omne gaudium, inquit, existimare, cum in tentatione variis incidere. Istud hinc non refugimus.* Alterum tentationis genus est, cum virtus nostra sic exploratur, ut ea labefactetur, & nos ad peccandum pertrahamur. De hoc ille idem Apostolus: *Deus, inquit, neminem tentat. Prior tentationis genere non tentat Deus; posterior hostes Dei, & nostri.* Quia ratione tentatio est ad peccatum sollicitatio, atque haec deprimuntur. Sollicitamus autem ad peccatum nunc prosperrarum rerum dulcedine, nunc adversarum acerbitate. Extrinsecus veteror diabolus, & homines impii, intrinsecus nostræ nos cupiditates & libidines sollicitant. Ab exteriori hoste nihil metuendum, si domesticus non noceat. Rogamus igitur, ne Deus permittat nos ullâ tentatione vinci, sed ita nos semper dirigat, ut nunquam succumbamus. Ne autem à tentatione superenur, Deus duplci modo cavit; uno, dum fragilitati nostræ parcens tentationem nobis moveri non sinit; altero, dum vires suggredit, ut reparationem motam vincamus. Eum autem in tentationem inducit, cui suam æquo iudicio negat gratiam, quæ destinatus tentatus succumbit. Summa ergo petitionis est, ut suis Dei auxiliis nos confirmet, erigatque, ne ulli tentationi vel consentiamus, decepti, vel cedamus afflitti.

*Sed libera nos à malo.*

Cer dum tentamus oratione dominicæ, afflictiones, calamites & miseriae perpetuae; quia verò hæc modò ad peccatum sollicitant, modò virutem oppugnant, non male desideramus ab eis liberari. In primis à peccato, quod sumum est malum, atque si res ad vivum resuscetur, uticum & solum est malum. Deinde cupimus diaboli & malorum hominum, qui ejus membra sunt, insidiis subduci. A diabolo liberari petimus, non tantum ut non superet nos, sed etiam ut non infestet. Ut autem à tentatrice atque illice concupiscentia liberemur, oramus non solum ut non obediamus illi, sed ut illam non habeamus. Denique hic rogamus, ut ab omnibus tam corporis quam animi, tam exterioribus quam interioribus malis reddamini liberi. Satis est autem post decursum mortalem hanc vitam istud consequi; in ipsa verò, quæcumque nobis expedit ad salutem. Quocirea hic enim divina se voluntati subjiciat oratio. Observa hic celeste artificium in Dominicæ oratione, & quæ ejusdem finis viam relegat ad principium. Inter principiū experienda primum est à malo esse liberari. *Liber nos à malo:* Huic coniunctum est, ut statuamus fugere peccata: *Ne nos inducas in tentationem.* His proximum est, ut Claritatis & Misericordiae studiosi simus: *Dimittit, sicut & nos dimittimus.* His modis peccatorum veniam impetramus: datâ vénia, tum denuntiâ pâne superfluentia digni sumus: *Panem nostrum quotidianum da nobis.* Hic panis ed nos nutrit, ut Dei voluntatem in terrâ faciamus: *Fiat voluntas tua.* Dñm omnibus viribus conatur facete voluntatem Dei, mereamur ut aliquid recipiamur in regnum Dei: *Adveniat regnum tuum.* In regno Dei huc erit unicum & felicissimum munus nostrum, laudare Deum in omnibus: *Sanctificetur nomen tuum.* Hoc summum est nostrum bonum: *Huc spectant omnia.*

Ergo, Amen. Hanc clausulam Hieronymus, orationis Dominicæ signaculum appellat. Nec est aliud Tom. II.

A quâ optantis votum ut ita fiat: quo sinceritatem, ardoremque nostri desiderii exprimimus, perinde si dicamus: *Tua bonitas, Pater, efficere dignetur, ut quod ardenter votis petimus, impetrensus. Prout etiam Psalmus petuit: Benedictus Dominus Deus Israël a Psal. 105. seculo, & usque in seculum, fiat, fiat: Hoc est Amen.*

Vide, inquit, Tertullianus, compendio paucorum verborum, quos simul expanguntur officia: *Dei honor in Patri, Tertul. de orat. c. 9.* fidei testimonium in nomine, oblatio obsequii in voluntate, commemoratione spei in regno, petitio vite in pane, exomologesis debitorum in deprecatione, follicitudo tentationum in postulatione tutelæ. *Quid miram? Deus bonus docere potuit, quomodo le vellet orari.*

Qui autem assuetis virtutis inhærentes hanc orationem Domini, ore solo pronuntiant, hi orando noxas cùmulant, cùm in singulis pâne petitionibus mentiantur. Quâ enim fronte dicat: *Pater noster,* qui reculat est filius: *Sanctificetur nomen tuum,* qui tortis nomen divinum verbo violat: *Adveniat regnum tuum,* qui adventum Domini male sibi conscius formidat: *Fiat voluntas tua,* qui suæ voluntati tanto magis velificatur, quanto magis divina repugnat. *Hic tali Deus,* Augustino teste, jure obicit: *Vix figuram orationem tuam Augst. in in auribus meis? Fige tu in corde tuo legem meam.* *P. 85. mibz* *Nimirum fundis Deus surdus est, nec audit illorum preces, qui fastidunt divinas audire leges.* *P. 385.*

## CAPUT XII. EPILOGUS

E T

### Compendium dictorum omnium.

**A**DOLESCENS quidam Anaximoni Rhetoris discipulus, orationem à præceptore scriptam coram rege Antigono recitavit. Rex inter audiendum quipiam exactius nosse desiderans, sciens Regum status est de illo. At adolescentem pîce magis mutus obseruit. Mox Antigonus: *Quid ais adolescentis, inquit, pag. 336.* num ita tuus tabulis non sunt inscripta?

Diximus tam de oratione vagâ quâm attentâ. Eo etenim omnis nostra spectavit dictio. Sed quisnam tot preceptiones memoria complectatur? Tabulis hîc opus, sed brevibus, è quibus vacillanti memoria confulari. Ita tabulas minime dabimus, in quibus compendio perscribamus, quæ geminus hic liber explicatiû tradit. Non ei, puto, habebit aqua, qui de Orandi modo rogabitur, si hanc epitomen studiorum expederit. Hoc igitur nunc agimus; & dicta cogimus in compendium.

### s. I.

**D**E orationis necessitate, de ejusdem utilitate ac efficacitate multi volumina scripsere. Nos hîc lacinias non extendimus. Quod in libros alii, id nos in verba conferimus. Ut summan tem complectamur: Oratio primarium sanctitatis instrumentum, Evangelii totius brevarium, corporum robur, animi humani anima & vita, domus abundantia, regni vires, belli trophyum, pacis securitas, viatorum scutum, Christianæ militiae panoplia & armamentarium est. Oratio profanum hominem in Christianum, in Religiosum, in Angelum, in Deum denique docet migrare. Oratio homini subsidium, demoni flagellum, Deo sacrificium est gratianum.

Ioannes Climacus orationem eruditâ epitome commendans: *Oratio, inquit, est ornatus Mundii, reconcilia-* *Climacus grad. 28. de orat. mibz* *cilia-pag. 291.*

Orationis  
encomiū.

ciliatio Dei, lacrymarum mater & filia, peccatorum propitiatio, tentationum pons, tribulationum interpositus paries, bellorum contractio, Angelorum opus, virtutum cibus, infirma operatio, gratiarum ministra, profectus invisibilis, nutrimentum animæ, mentis illuminatio, tristitia solario, desperationis amputatio, speculum profectus, clementiae significatio, regina & parens virtutum. Huic unico bono & delectabilis & honesti & utilis inest ratio. Quod cetera virtutes prestat non possunt, id una orandi virtus, virtutum omnium decus & mater abunde prestat.

*Chrys. 10. 5.*  
l. 1. d. o. &  
Profiteor enquit, depreciationem caput est bonorum omnium, do Dno, si basim ac radicem vitæ frigida est. Neque enim sola temperantia potest homini salutem adferre, si cetera defint bona, neque cura pauperum, neque benignitas, neque quidquam aliorum, que cum virtute geruntur, sed oportet ut omnia simili concurrant in unius nostras. Ceterum precatio seu radix & basis omnibus ceteris substermitur, adeo ut absque hac nihil nobis boni posse contingere, neque quod ad salutem conducat. Quod igitur bonis boni caput sit depreciation, quodque salutis vitæ eternæ cunctilatris, nullus est omnium qui ignoret.

Homo  
quibus sit  
cognatus.

*1. Chrys.  
ibid. mibi  
pag. 187. &  
591. & 10.  
1. in psal. 4.  
pag. 610.*  
Homo & Angelus quantum atinere ad depreciationem oportet, differunt natura. Sicut Angelus cognatus est ratione, bestiis sensu, plantis & arboribus vita, elementis corpore. Quemadmodum autem studiosè tegimus & dissimulamus, quidquid sanguinis nobilitatem manifestat, aut obscurat; ita prorsus bestiarum & plantarum cognitionem non in merito erubescimus, & propinquos Angelorum nos esse jaclamus. Simus ergo; sed brutorum ingenium & mores rusticos exagamus, & Angelorum vitam orando æmulemur. Orare, inquit Chrysostomus, commune est opus Angelorum pariter & hominum, neque quidquam interest inter nostram naturam & illorum, dimittat quod attinet ad depreciationem. Hoc te separat à mutis animalibus, bec te sociat Angelis. Quin facile fiet, ut quis in illorum cœritatem transferatur, in illorum viam & cœritum, ad illorum honorem, nobilitatem, sapientiam & intelligentiam, qui per omne vitam precibus ac divino cultu vacare studuerit. Proinde nequam aberrari à vero, si quis affimet, depreciationem esse caussam omni virtutis & justitiae, neque quidquam eorum, que conferunt ad pietatem, venire posse in animum, cui non adgit depreciation & oratio. Nam vere toties cum Deo colloquimur, quoties vacamus depreciationi, per quam simul & Angelus copulamus, & societatem, quam cum brutis animalibus habebamus, procul effugere videmur. Homo qui cum Deo loqui didicit, ut par est, erit dux de Angelis.

Siquidem cum Deo colloqui, non hominem tantum, sed & Christianum, sed & religiosum hominem, immo Angelum, immo Deum efficit. Singula de monstramus.

Oratio igitur humanam pecudem, sic loquar, quæ ventri ac libidini se maniparat, in hominem format, jubetque vivere. Ecclesiastes Græcus id affirmans: *Qui quis, ait, non orat Deum, nec divino alloquo cupit aſſue frui, is mortuus est, & vi. carens, expersus sane mentis.* Nam hoc ipsum evidenterissimum est argumentum amenitatis, non intelligere magnitudinem hujus honoris, nec amare deprecanti studium, nec hoc habere persuasum, quod anime mors sit, non provolvit ad Dei genua. Ora igitur, ut vivas, & homo sis.

Ora etiam, ut sis Christianus, talen te certe faciet oratio. Praecclare Augustinus: *Hoc est, inquit, serm. 93. de temp. min. pag. 285.* Christiani pugna gloriissima, non in suis viribus presumere, sed semper Dei auxilium implorare. Ergo & tu si vincerere, audi apostolum dicentem: *Orationi insistentes, & vigilantes in ea.* Christianus è fide nescitur; atque fidei firmatatem in petrat oratio. Quod idem Augustinus disertissime confirmans: *Si, ait, aſſues deficit, oratio perit.* Quis enim orat, quod non credit? Ergo ut oremus, credamus; & ut ipsa non deficiat fides, quæ oramus, oremus. Fides funat ora-

*mibi pag. 524.*

A tionem, fusa oratio etiam ipsi fidei impetrat firmatatem. Etenim ne in temptationibus deficeret fides, propterea Dominus ait: Vigilate & orate, ne intreris in temptationem. Quid est Matt. 4. in temptationem intrare, nisi à fide exire? In tantum enim temptationis proficit, in quantum fides deficit.

Tertullianus recte nominat Christianos cælestis regni candidatos. Atqui candidator est prenare, & obvium quenvis rogare, suæ causæ favet. Hoc orando facimus, calles prensamus, & eorum nobis benevolentiam imploramus. Orando litteras ad Deum missimus tanto crebrios, quanto ſepiu oramus. His litteris divinos nobis favores conciliamus, ut quod milles iterumque millies petivimus, Adveniat regnum tuum, tandem impetreremus. Ora igitur ut Christianus sis.

Sed ora etiam ut bohus ac religiosus sis Christianus, quem profecto talenti efficit oratio. Chrysostomus *sip. 1.* pro milie testibus alſurgens: *Quemadmodum, inquit, ubi regina quepiam ingreditur civitatem, necesse est ut omnis opulentia pariter confequatur; sic videlicet, posteaquam depreciatione venit in animam, omnes virtutes simul ingreduntur.* Nam quod in domo est fundamentum, hoc in anima est depreciation. *Animam non muniam precibus, diabolus facile in suum redigit dictiem, nec multo negotio, omnigenere scelerum implet.* Ad animam precibus communitam non audet proprius accedere, metuens robur ac fortitudinem, quam illi depreciatione subministrat. *Vides, quantam vim habeat precatio & obsecratio?* Ex hominibus pretiosi ac marmora constitutus domus regum, sic depreciatione templo Christi, ut inhabet Christus in cordibus vestris. Nulla profectores est, qua possit aquari depreciationi. Cra igitur ut non solum Christianus, sed ut probas ac pius Christianus sis.

Sed ora etiam ut sis Angelus. In Angeli naturam migrat, qui orat. Hoc Chrysostomo credemus, qui aperte: *Moses, inquit, orando meruit Dei confidē frui, aliquid innumeris bona consecutus est, non aliud re quam orando.* Nam depreciation & hoc illi proficit, ut vitam ageret ad similem iis, qui cœlum inhabitant. Angelorum primus ac princeps munus, & assiduus sine labore labor est, Deum nunquam non laudare, & semper orare: ille hominum in Angelum transit, qui Angelos, quantum humana fert imbecillitas, imitatur assiduitate orandi.

Quid si ab Angelo in Deum transeat homo qui orat? *Oratio certe non solum ut homo sis, sed ut Christianus ex aſſe bonus, ut Angelus, immo, ut Deus sis, efficit.* Exponimus hoc arcanum. In oratione homo & Deus arcanissimo commercio commutant corda: alter in alterius pectus se transfundit. Quod cælestis sponsa in apertum proferens: *Ego, inquit, dormio, & cor meum vigilat.* Perinde si dicat: *Ego de me nihil sollicita sum, sed in oratione suaviter conquiesco;* at in serim Deus, qui cor meum est, in meam tutelam excubat, dum ego dormio. *Eſt enim oratio,* ut Bernardus Ber. ser. 1. loquitur, *quædam dormitio, que tamen sensum non sopiat,* sed abducatur.

Quod autem ille qui orat, in Dei pectore vicem cordis obtineat, Genesios scriptor de Noëmī sacrificio differens: *Oratorisque est Dominus, inquit, odorem suavitatis:* & (ut Hebreæ phrasis est) *ait ad cor suum.* Ita Noëmū Deus sacrificio & orationi operantem, cor suum appellat. Hæc Paulus confirmans: *Nos omnes, inquit, revelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tamquam à Domini spiritu.* Ita Dei hominisque corda in oratione ultrò citroque comitant, & mutatis gaudent hospitiis, humanum Deus, homo cor divinum amplectitur: ex homine fit Deus.

§. II. Hinc

§. II.

**H**inc est quod Deus toties in gentem humanam  
ob ejus seclera servitum, sacrif. carminibus &  
oratione velut sopitus, & quodammodo excantatus,  
fulmina jam parata posuerit. Talis olim incantator  
Moses, a Deo quan rogatur: *Dimitte me, ut irascatur  
fury meus.* Hanc orationis vim obstupescens Ber-  
nardus de nardus: *Ferimendi, ait, licentiam querit a Mose, qui Mo-*

*Magdal.* p. 246.

*Graec. c. 19.*  
*v. 12.*

*Ioseph. c. 7.*  
*v. 10.*

*1. Reg. c. 16.*

*v. 1.*

*Vi. legi.*

*Traductio.*

*Isa. c. 3. v. 3.*

*Huc. c. 2.*

*v. 17.*

*Chrysolog.*  
*serm. 43.*

*Ambr. ser.*

*86. de bar.*

*baris non*

*timendis.*

*2. Paral. c.*

*30. v. 21.*

*¶ seqq.*

*Aug. 10. 5. l.*

*3. de Cris.*

*6. 26. misi-*

*riendi.*

*pg. 62.*

*Terul. in*

*Apologeico*

*c. 1. ¶ 1.*

*adversus*

*Scapulam*

*c. 4. Enjib.*

*1. 5. huj. Et-*

*clif. c. 5.*

*Ita Lawr.*

*Surius ad*

*Ann. 1559.*

*Tom. II.*

A adverterent eum tam domi quam militia prolixum  
et quæ ac continuum in precibus esse dicere solebant:  
Carolus cum Deo saepius quam cum hominibus lo-  
quitur. In singulas bellorum expeditiones, novas  
sibi preces & componebat, & sua ipse manu descri-  
bebat, quæ prolixite septem paenitentia psalmos  
exequabant. Has prius cœlendas dabant; approbatas quo-  
tidie vel etiam in aie recitabant. Hic addo, quod re-  
tendissimus telleronis vim orationis affmet.

Dum hac scribo, Parthenopolis seu Magdebur-  
gum urbs Saxonæ longè munitionis et expugna-  
ta, anno Christiano millesimo sexcentesimo trigesimo  
die 10.  
anno 1632  
ter gravi ac diuturna obfessione cincta, expugnari num. Ioanne  
quam potuit. Inde urbs haec ingens animi, seipsum Tillio est  
velut ab omni hoste tutam & prorsus inexpugnabi-  
lem circumspicere, si virginem jactare, pericula ride-  
re, secura sibi omnia polliceri. Venit demum fatalis  
dies, quo Christianus Iosephus Ioannes Tillius Comes,  
Serenissimi Bavariae Principis & Electoris Maximili-  
ani supremus in Cello dux, urbem illam post obsi-  
dionem non omnino bimestrem, facta undique im-  
precisione cepit. Factum aeternis annibus dignissi-  
num. Sed victoriae hujus principium ab oratione du-  
xum est auspiciatissimum. Nam Tillius Catholici ex-  
ercitus caput proxima priore nocte vix horulam, dum  
incōmodo sedit, somno concepsit, mox clapsu no-  
ctis medio rei divinæ interfuit. Hic submissis genibus,  
passis brachis, ut alter Moses, crebris suspiriis arden-  
tissime oravit. Dein operi tholiendo ipsi omnia se-  
duld curare, animare milites, suam cuique stationem  
& laboris partem assignare, unaque providum Du-  
cem & laboriosum militem agere. Iamque septima  
dies hora imminebat, cum Tillius subsidium e cælo  
implorans, Deum poscere adjutorem, mox undique  
imprecisionem facere. Post Ducis preces tam serias,  
tam feliciter hic insultus cessit, ut ante meridiem circa  
decimam ejus diei horas, Magdeburgum omnibus  
reuo laceris inexpugnabile, incredibili successu fue-  
rit expugnatum. Hic modestissimus Dux assiduè illud  
volutare. Non nobis, Domine, sed hotniti tuo da glo-  
riam: Nos te calas applicavimus, & intros ascendimus;  
tu Deus expugnasti: Quidquid hoc operis est aut vi-  
ctorie, Tibi debetur. Tu triumphas solus; nec socium  
habes in gloriâ.

Et revera plus possunt preces submissæ, quam elatae  
vires vel maximæ. Illæ Deum in vota facilem fle-  
tunt; Deus est orantium clypeus.

§. III.

O Ratione quoties numerosissimi exercitus sunt Orationis  
proficisci?

Oratione Iacobus Nisibites urbem Nisibin contra  
Saporem regem protegens, omnes illius molitiones  
irritans fecit.

Oratione Zachæus pestem Cæsaream ejecit.

Oratione Macharius Ægyptius alisque plurimi, ca-  
tacramones ex humanis corporibus expulerunt.

Oratione Simeon Stylites, & plures alii, salientes  
fontes impetrarunt.

Oratione Abbas Theonas latrones vinxit; & velut  
statuas immobiles confistere coegerit.

Oratione Abbas Belatior salissimæ maris aquæ  
dulcedinem impertivit.

Oratione Gregorius Neocæsariensis Thaumatur-

gus monte loco movit & transposuit, paludes siccavit,  
fluvium fixis terminis coercuit, sciponem aridis-  
simum virere, & in arborem assurgere iussit.

Oratione quot morbi è vitiosis corporibus pulsi?

Oratione quot mortui ad vitam revocati?

Neque hanc tantam Orationis efficacitatem ne-

gare lieet, cùm effectus illius magis admirandos è sa-  
cris paginis perspectissimos habeamus.

Natura suis confitat legibus, quis illas evertat? Quis  
frigori persuadeat, nō frigescat? Quis urendi vim  
igni adimit? Quis suam plumbo aut ferro gravitatem  
subtrahat? Quis lapidem contineat, ne infima petat?  
Verum oratio serum omnium potens, hac facilis ne-  
gotio conficit. Paulus orationis amantissimus in fri-  
gore & nuditate aestuat. Tres Hebrei jucundas orantes  
in medio flamarum non uruntur. Eliæ preces ignem  
descendere, & aquam cogunt lambere. Elisei oratio  
ferrum natare jubet. Ad orationis imperium non la-  
Marc. c. 11. v. 23.

pis solus, sed & mons volabit.  
Oratio rapidissimè solis cursum adversus Gabao-  
nitas struit, & soli frenum injectit. Oratio umbram in  
horologio Achaz decem lineis retroegit. Oratio in  
Achabi militis bis ignem de calo devocavit. Oratio in  
Samaria obsidione liberavit. Oratio Amalecitas tota-  
que alios hostiles exercitus delevit. Oratio am pullam  
oleariam, & farinulæ cistulam insigni senore, incre-  
mento mirabiliter ditavit. Oratio aqua amarissimis Ma-  
ra dulcedinem comunicavit. Oratio Sunamitidis filium ad vitam reduxit. Oratio Saræ domum à dæ-  
mone liberavit. Oratio famelicas Leonum fauces  
conclusit, & esurientes bellitus ad objectum pabulum  
jejunare docuit. Oratio vim flammæ in fornace Baby-  
lonicæ compescuit, ignem in innoxium rorem per-  
mutavit. Oratio centum & octoginta millia hominum in  
Semacheribi castris extinxit. Sed maior dico. Oratio  
decies centena millia Zara Duci interfecit. Zara  
Æthiops militia Dux, cum decies centenis milibus  
bellatorum & curribus trecentis in aciem descendit,  
Regem Afa oppugnaturus. Sed R. (ut Chironicon  
Regum loquitur) invocavit Dominum Deum, & ait:  
2. Paral. 6. 14. v. 9. & seqq.

Domine non est apud te illa distantia, utrum in paci aust-  
ri, an in pluribus: adjuta nos Deus noster: in te enim, &  
in nomine tuo habentes fiduciam venimus contra hanc mul-  
titudinem. Domine Deus noster es, non prevaleat contra te  
homo. Tantum virum sicut hec oratio, ut tot centena mil-  
lia militum non solùm territa, sed & fugata, & ad interne-  
cionem cœsa sint: quia Domino cedente, ut testatur  
facer codex, contriti sunt, & exercitus illius preliante.

Oratio nihil non potest. Oratio spiritum sanctum  
compluribus impetravit. Oratio carcerem Petri re-  
scravit. Oratio homini claudio ad portam speciosam  
meridiani pedum usum concepsit. Oratio Publicano  
noxaram veniam, Cornelio Centurioni fidem & gra-  
tiam, Ænæ paralyticu[m] sanitatem reddidit. Oratio  
Tabithæ vitam restituit. Sed

Verg. I. 1. Æneid. Greg. Niss. l. de orat. sub init.

Ante diem clauso componit vesper Olympo,  
quā ego orationis emolumenta & effectus percen-  
tem. Verissime dixit Gregorius Nyssenus: Oratio vir-  
ginitatis filium est, matrimonii fidem, viatoribus secutum, dor-  
mientium custos, agricultorum fertilitas, ne vigantium salu-  
pugnantum tropicum, Oratio verè tranquillissimum portus  
est, laborum solatium, vigor spiritus, voluptatis cœ-  
lestis gustulus, misericordiarum ac calamitatum omnium  
lenimen, tutela corporis, animi certissima salus, inter-  
ioris hominis lumen, noxarum balneum, mors vitio-  
rum, divina ira mel soporiferum, virtutum omnium  
hospitium tutissimum, clavis cœli. Sed quid prodest  
clavis aurea, si aperire non potest? quid obest lignea,  
si potest? Eodem profus modo, quid suavis eloquen-  
tia juvat; quæ Deum non flectit? Cur oratio inulta  
& simplex spernenda, quæ cœlum aperit, & Deum  
vincit?

## §. IV.

Chrysost. in p. 1. 7.

Hæc Chrysostomus suo calculo confirmas: Ni-  
hil ergo facit in virtute crescere, ait, atque cum Deo  
assidue versari & colloqui. Hinc homo potius velit non

A vivere, quam non orare. Hinc optimi quique homi-  
num omni studio totoque animo in hanc curam in-  
cumbeant, ut assidue cum Deo verarentur conti-  
nuatis pene colloquis. Ex omni numero unum hic  
nomino.

Emerus juvenis regius, beati Stephani Vngatorum  
Regis filius, non dies tantum, sed quas juventus somno  
aut voluptatibus dare solet noctes, precibus prius vigil  
conscravat: non prius ab aurora deprehensus, quam  
omnes Davidis psalmos centum quinquaginta lecti-  
tales, & ad singulos, augēdæ submissiōnē, oculum ter-  
re fixisset, veniamque delictorū à Deo petiisset. Cor-  
pus sine anima cadaver est, anima sine oratione mor-  
tua est. Daniel sanctus esse censuit vitam perdere, quam  
statas preces omittere. Rex Persarum namque nō jul-  
ferat idola colere, sed non orare. At Daniel gravius si-  
bi duxit non orare, quam mori. Hinc leones oratione  
vicit, in leonum cœvo Angelum auxiliatorē, Abacuc  
dapiferum habuit. Omnia potest oratio.

Sed oratio seria & attenta, & verè cœlestis Retho-  
rica, quam utroque hoc libro descripsimus. Eos qui  
nec scribunt nec attentes orant Bernardus defens: Vacan-  
tes, inquit, corpore, & vagantes ubique corde, nequāquam  
merentur videre, quād dulcis est Dominus. Hic talis orator  
diabolus est irrisui. De illo dicere licebit: Viderunt eum  
hostes, & deriserunt subiectus eius. Vident dæmones exter-  
no quidem orantis habitu corpus otiant, at certis indi-  
cūs conjuncti animalium huc illuc peplanter eva-  
gari: quod illis hostibus summè ridiculū est.

Huic malo graviter ingemīens Augustinus: Si Aug. ser.  
moveat dolor magnus, inquit, adversus fratres nostros moveat, de Virbi  
qui sic voluit fairare in ecclesiā, ut ibi corpus habeant, & Dam.  
alibi cor. Totum intuī esse debet. Si intuī est quod videt homo,  
quare fors est quod videt Deus. Hæc cogitationum in ora-  
tione libertas, turpissima servitus est. Quod Cæliarius  
Arelatensis observans. Videte inquit, quam sit dura ista  
caparitatis, ut lingua quasi cum Deo loquantur, & tota anima  
intemio ad terram, & parietes diriguntur.

Orationis studium non tam in ore quam in corde  
sedem figat. Quod Paulus docens: Implementi, ait, spiri-  
tu sancto, cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino. Ephes. 5.  
Cum intelligentia orantes, inquit Chrysostomus, ut non  
os quidem verbum loquatur, mens autem extra versetur, sed  
ut lingua ab anima audiat.

Non immerito de iis queritur Deus, qui sibi ter-  
gum obvertunt in templo. Aufererunt, ait, facies suas à 2. Paral. 6  
tabernaculo Domini, & præbuerunt dorsum. Quo quid esse 29. v. 6.  
potest, non dicam inurbanius, sed impudentius? Cæ-  
farius Arelatensis, quem dixi, optimè: Orantes labore-  
mus, inquit, ut nulla nobis extranea cogitatio subrepere pos-  
sit; ne forte aliud habeamus in corde, & aliud preferamus ex  
ore: ne forte dum lingua Dominum rogat, cogitatio in rebus  
varius occupata, ab orationis sensu discedat, & inde acquirat  
peccatum, unde habere potius remedium.

Attende, ô homo, qui oras, ne frustra ores. Attende,  
alioqui perdis, quod dicas. Attende, ne forsitan  
quod orator magistrus, fateri debetas. Creberimè in  
oratione mea, aut per porticus deambulo, aut de fe-  
nore computo, aut abductus turpi cogitatione, etiam  
quæ dictu erubescenda sunt, gero. Vbi est Fides? siccio-  
ne putamus orasse in ceto Iona? sic tres in igne pue-  
ros? sic Danielem inter leones? sic in cruce latrone?

Quod si Oratores maximi non nunquam hic hallu-  
cinati titubarunt, qui stare se gloriaret? Si cum illis  
dormitamus, cum illis pariter evigilemus. Imò cùm  
sanctissimi etiam viri fugacē in oratione animum sub-  
inde sint experti, nos tantò vigilantiores esse cōvenit,  
ut fugacissimum cor nostrū, ea follicitudine custodia-  
mus quā Ecclesiastes defidērās: Custodi, ait, pedem tuum v. 17.  
ingrediens dominum Dei. Non corporis pedem custodien-  
dum docet, sed animi, ut oratio ad Deum veniat pura.

Ah

Ah quoties cā cogitationum mole obrimur, ut A  
potius in fōto mundinari, quam in cubiculo precari,  
videamur! Quid Chrysofōmū dixit: *Lata columnā  
moventur, & mens sine fructu est.* Multum loquimur,  
parum aut nūllo rāmū; grandis verborum strepius,  
exiguis aut nullus mēns affectus. Hīs Augustinus  
orationem prolixam & multiloquium exactissimè  
discriminans: *Neque enim inquit, ut nōnulli putant, hoc est  
orare in multiloquio, si diutius oreatur; aliud est, seruo mul-  
tus, aliud diuturnus affectus: hoc autem negotiorum plus gemiti-  
bus quam sermonibus agitur, plus flēti quam affatu-*

Cum Heli Sacerdos Annam ardētissimē precam-  
tem suplicetur temulenter, respondit illa: *Ne repu-  
tes ancillam tuam, quas tu am de filiis Belial, quia ex multitudine doloris & mōroris mei, locuta sum usque in pr̄sens;  
effusi animam meam in conspectu Domini. Dūm Anna om-  
nem animam Deum transfundere orando, visa est  
non sanæ mentis velut ebria insanire. Neque illa pen-  
nitus se negavit ebriam, sed ebriam vino: ut Petrus  
ceteros Apostolos non ex toto negavir ebrios, sed e-  
brios multo. Certe divini Spiritus servor, quo plenī  
loquebantur, sobria fuit ebrietas. Sic ardor animi, quo p  
Anna in oratione astabat, ebrietas quedam erat, quæ  
mentem illius non in dementiam laxabat, sed ad sa-  
pientiam veram conformabat: *E studi, ait, animam meam  
in conspectu Domini: toto animo, totōque affectu Do-  
minus rogavi. Hoc sit, ait Augustinus, cūm mens qua-  
dammodo se fibi furatur, imo rapitur atque elabitur a seipso,  
ut Deo fruatur.**

Orationis tam intentā & vigili Laurentius Iuli-  
rianus: *Talio, inquit, oratio cordis est; non laborum; nec  
enim precans verbā intendit Deus; sed orans cor apertum.*  
*Quid oratio protest strēpitū laborum, si cor est mutum?* Sic ut  
vox cognoscitur colonore.

S Apientissimus morum magister: *Fili mihi ait, atten-  
de ad sapientiam meam, & prudentia mea inclina aurem  
tuam, ut custodias cogitationes. Et quænam hæc cogitatio-  
num custodia est? Difficilis & operosa, sed utilis &  
honorifica. Qui cogitationes custodiare nescit, nec ora-  
re scit. Eruditus dixit Celsianus & vētē: *Perperam orat  
quisquis illo tantum tempore, quo genia fleetuntur, orare con-  
suevit. Nunquam orat, quisquis etiam flexi genibus exagita-  
re cordis qualicunque distractur.* Suā culpā & desidia distractus,  
unā manu supplicem libellum Deo porrigit,  
alterā eundem retrahit, & velut facti pœnitens con-  
scindit. Quotiescumque oramus, plurimum impeta-  
mus, modò sibi constet animus, & quod agit, hoc  
agit.*

Basilus Magnus orationem vagam & attentionē  
vacuum cibo comparat, qui nec sale, nec adipie, nec  
aromatice ullo conditus, nil habet savoris, canibus potius quam convivis apponēdus. Oratio attenta feru-  
lum est cœlesti mēnsa dignum. Et sane melior multo  
est oratio brevis & attenta, quam prolixor & vaga.  
Christus Birgittæ viduæ dixisse fertur: *Dico tibi filia:  
Quicumque fide & voluntate perfectè dicit hæc verba:  
Iesu miserere mei; magis mihi acceptus est, quam  
qui mille versus sine attentione pronuntiat. Addo in  
gratiam Sacerdotum.*

Mechtildis virgo, quod Ludovicus Blofius narrat,

crebrius precari solita est pro illo, qui horarias preces,  
minus quam volebat attentus, dicere confluverat.  
Mechtildis vox arcana respondit: *Hilē pro quo rogas,  
post solitas preces hæc serba subjungat: Deus propius  
est mihi peccatori. Si publicano veniam, cur non & alii  
hæc voces impetrant? Misericordia divina nihil  
quam olim contracta est.*

Neque vero est, quod hīc cacodæmonis infidolos  
imperat: *Nidemus: Sudere potest cogere non po-  
tent;* *Gravis nobis est, inquit Bernardus, inimici tentatio,*

*sed longe gravior illi nostra oratio.*

Franciscus Borgiam Gandia Ducem orantem in  
terpellare dæmoni lepe stadium fuit; nunc hīc, nunc  
gigantis specie, nunc terrificis spectris, nunc formâ hu-  
pri humanae majore. Prītia cubiculo digressus, salu-  
bri signo se muniens: *Vidēne, inquit, Marce frater,*

*formidandū visu dæmonem passim obambulan-  
tem? Qvo dicto acquevit Franciscus, animoque non  
nihil sedato erubuit, quod metum pro se tulisset ejus  
spiritus, qui homini ne capillum quidem queat subdu-  
cere. Deo non amente. Interrogatus quandoque, à  
socio, num timuisset viso dæmonem per conclave ob-  
ambulante? Ille submissi modestè oculis. Hoc, inquit,  
satis constat, Deo permittente dæbolos subfectum  
se dare improbis quidem, ut a flagitiis absterreantur;  
probris, ut ad pietatem magis exerceantur.*

## VI.

**H** Ilionem Hieronymus diu noctuque gravissi-  
mè cū laborarem, tum orantem, à dæbolis  
tamen vexatum memorans: *Quoties, inquit, jacenti  
fanius, quoties esurienti dapes laetissimè apparuerent?  
Non nunquam orantem lupus ululans, aut vulpes gan-  
nientes transiliit. Pallenti spectaculum præbuit gla-  
diatorum pugna, & unus veluti jugulatus, ad pedes ejus  
corruens, rogavit sepulturam. Die quodam vir san-  
ctus fixo in terram capite oravit, mens interim, ut tra-  
tura hominum fert, abducta ab oratione nescio quid  
aliud volebat. Mox ejus tergo gladiator insiliens, &  
latera calcibus cervicem flagello verberas, nec sine ca-  
chinnis: Eja, clamat, cur dormitas mastigia? Vis hor-  
deum reparandis viribus? Ita nemini parcit veterator.  
Quocirca Christi voces identidem ingeminanda nos  
expergefaciant: *Vigilate, & orate.* Oratio vigilans ad-  
versus hunc hostem tutissima Panoplia est. Omnem v. 41.  
cacadæmon lapidem movere, ut orationē turbet. Hinc Diabolus  
inter orandum illatas injurias refricat, calumnias ob-  
jectas ingerit, tedium parit, impatientiam provocat, conatur  
iracundiam extimular, absurdis somniis fatigat, strepi-  
tus importunos excitat, corporis molestias sic aggri-  
vare, ut stomachus ruget, caput dolet, tussis vexet, la-  
litudo avocet, debilitas dejiciat. Hæc omnia cō dirigit  
vaferriam, ut orationem impedit, aut interturbet.  
Hinc Agathon Abbas dicere solebat: *Oratio illa est  
excellētior, quæ difficilior, nam omnes cō dæmo-  
nes impugnant.**

Non tamen ideo abrumptā, aut non incipien-  
da oratio. Vigilemus & oremus. Beatus Ægidius in-  
terrogatus, cui similem existimaret eum, qui distra-  
ctionibus irruentibus oratione deficeret: *Fugienti ē  
prælio, respondit. Addidit: Si gratiam in precibus sen-  
tis, ut augeratur, ora: Si non sentis, non ideo celas.*  
Gratos habuit Deus etiam caputrum pilos, qui ad pri-  
scæ legis præceptum offerebantur.

Hieronymus de leipo: *solutus, inquit, desperata penetra-  
bam: scibū concava vallū, aspera montium, rapum pre-  
rupta cernebam; ibi mēa orationis locus, ibi illud misericordia  
carnis ergastulum; & ut ipse mihi testis est Dominus, post mul-  
tas lacrymas, post celo inharentes oculos nonnumquam videbar  
mihi interesse agnīnibus Angelorum: & letus gaudēsque  
cantabam: Pof te in odore tuorum unguentorum currām.*

Vigilemus, & oremus.

Querimur subinde, nobis orandi gratiam dæcesset; at quæcumque justus quereremur, nos dæcesset gratia!

Frequentissime maledicemus quia mentem ad orationem non disponimus. Iesus rei fidelis monitor Gregorius: Semper, inquit, ante orationem tempore debet sollicitate confici, quidquid potest in oratione reprobari.

*Greg. l. 10.  
Glor. 1. 16.*

Clarevallensis Abbas Bernardus templum ingressurus, primam canit, sic alloqui solebat: Ceteras meas curas ibi committo, donec orandi cura me liberaverero. Christus discipulis: sedete hic, inquit, donec validum illud & orem. Ita quilibet suarum cogitationum in Europa imperet: b. Usque huc venies, & non procedes amplius: & hic confringes timentes studiis tuos.

*Ex. Navar.  
Isan. My.  
Epi. Antu.  
Epi. Antu.  
anno  
1608. ba.  
Abbas  
hebdom.  
2. majoris  
2. Matib. c.  
26. v. 36.  
b. 26. v. 38.  
v. 11.  
c. Virg. l. 3.  
Antid. pos.  
innum.*

Harpyias aves rapacissimas Trojani ad mensam gramineam comedentes, non habeo sed ferro abigerem conantur. — *Nova prælia tentavit,  
Obscuras pelag' ferro sedare volucres.* e. Cogitationes inter orandum tam importunæ, sunt Harpyias voraces & immundæ, quo suave cum Deo convivium interurbane, dapes pollunt, omniaque et intacta fructuantur. Has non abigere solū, sed & interficere cōtemnunt Vigilandum & orandum.

### §. VII.

*Exod. c. 32.  
v. 18.*

Cum olim omnis Hebraorum exercitus ad pedem montis ululatu castrensi baccharetur. Moses in rupi cacumine cum Deo colloccutus nibil audiuit, in descensu montis audire ceperit. Nec mirum; totam animam suam in illud cum Deo colloquium effundebat. Non fatus est orare, nisi attente, nisi serio & intentè oremus. Quid mihi cum gladio, si acies ejus hebetas? Quid mihi cum arcu, si nervo careas? Quid mihi cum libro, quem nemo intelligat? Aliiquid armorum olim Hebreis permittebant Philistei; sed quorum acies retusa erat, ab his enim nihil periculi sibi metuebant. Ita plane dæmones, non formidant orationis arma, si ea sint retusa: orans, sed sub oratione aut dormitans, aut garriens, aut circumspiciens, aut aliena cogitans, flygias larvas non terret; illæ gladios tam hebetes, preces tam frigidas & exarmatas non fugiunt. Hoc Chrysostomus planissime affirmans: Magna, inquit, sunt armæ preces; modò sobrium, & undequaque mente nostra collectâ Dominum uideamus, totique nitamus ita loqui, ut non solù verba, sed & mens verborum comes ad Deum accedat.

Veteris metri non quidem adeò venusti, sed certè pii & quod nostri nos officii ingenuè monet, ne quamp non memores simus:

*Ante Deum stantes ne sitis törde vagantes;*

*Si cor non orat, incassum lingua laborat.*

Ita prorsus est. Etiomis mille verborum plastrum in cælum os mitrat, labor est irrius, si cordis desit comitatus. Orandum spiritu, orandum & mente; psallendum spiritu, psallendum & mente. Solius linguae strepitus, labor manis & yanus. Si cor obmutescit, nemo cælitum soli linguae credit.

Quid igitur nos ipsos pueriliter circumspicimus, quid inanissemus gloriamur tot aut tot orationes è libro recitas? Inspice quid dixeris, & vix quidquam speciole orationis nomine dignum repieres. Quid enim? Oratio tam incustodita & inambulans, tam vaga & tumultuans, tam mixta & impura, tam præcepis & cursim festina, tam impos sui; garrula potius & inanima declamatio censenda, quam oratio,

Romanus Orator Tullius olim ad Iudicem sub-

*Cic. pro  
Milone.*

A sella concitatius exclamans: Vbi, ait, peregrinantur aures vestrae? In homines tam vagæ orationis hoc usurpatum; O Christiani, ubi peregrinantur mentes vestrae?

O Deus, quām nec te, quem adoraturi accedimus, nec tuos principes tibi adstantes attendimus! quando enim nec te, nec illos cernimus, nec tuā, nec illorum praesentia moyemur. Angelos attentè orantibus adest, luculentè tradens Chrysostomus: Tunc adstant An- Christi, ait, magno audentes cum silentio, & postquam cessaverit, in platea, ei applaudentes, laudantes, admirantes. Addit: Quando ad Deum accedimus, id esse existimemus theatrum, sed ex universo orbe terrarum, vel potius ex supernis populis celestibus collectum, & regem in medio sedere, qui vult nostram audire orationem. Nullus sit cithara diu, nullus lyricen, qui ita se exerceat scenam ingressarius, timens, ne quid insuare & inconcinnum canat, ut nos ingressari theatrum Angelorum. Hinc illa cœlestis sponsi exhortatio: Que habitat in hortis, amici Can. c. 8. auscultant te; fac me audire vocem tuam. Attende quid dicas, quid canas; adsunt Angeli tua orationis arbitri, adsunt & auscultant. Tu igitur orationem signam, quæ a me audiat prome: Innumerous habes auditores, qui omnes auscultant attentissime, quosmodo tuam ipse caussam eoram me aucturus sis. Vsaripemus igitur officium, inquit Bernardus, quorum fortius confortium. 17. in Cœ. Cave quisquis oras, ne velut temuletus rusticus voce inconcinna & absonta cantet; amici auscultant, audiunt Angeli, & de tua oratione judicant. Tu ergo attentione quāta potes maximā precare; ante Deum Angelorum medius consistis.

Sed ut orandi norma & exemplum quām absolu- Christus  
tissimum semper in oculis sit, videte Christiani Chri-  
stum Dominum, ideam precandi & formam exad-  
finitam intuemini. En. Dominus Iesu's in horto Geth-  
semani hac vocis, hac gestuum, hac totius corporis dit-  
compositione oravit: Positus genitus, procidit super terram Ita Mat.,  
in faciem suam, & orabat, ut, si fieri posset, transire ab eo Maria,  
hora; & dicit: Abba Pater, omnia tibi possilia sunt, trans-  
fer calicem hunc à me, sed non quod ego volo, sed quod tu. Et  
oravit tertio cunctem sermonem dicens.

De Rhetorica cœlesti, de attenta & seriâ oratione  
huc usque egimus; hic summam rem complectimur.  
Docuit nos ante hac Servator, quibus verbis orandum;  
hic autem docet, quo sensu, quibus gestibus,  
quanto affectu instituenda oratio. Videte & audite,  
quibuscumque animus est orandi artem discere. Oravit Dominus Iesu's:

1. *Positus genitus: Prono & supplici gestu, ad instar rei.*

2. *Procidit in terram: Reverentia in Patrem maximam.*

3. *In faciem suam: Submissione ac humilitate summa.*

4. *Oblabat, ut si fieri posset: Oblatione sui, & resignatione paratissimam.*

5. *Abba Pater: Affectu in eum, quem orabat ardenterissimo.*

6. *Omnia tibi possilia sunt: Ingenti in divinam potentiam fiduciâ.*

7. *Non quod ego volo, sed quod tu: Conformatio ad Patris voluntatem integratim.*

Demum, Oravit tertio cunctem sermonem dicens: En perseverantiam in orando perficissimam. Quapropter optimè dixit Climacus: Ad omnem quidem virtutem, præcepit tamen ad orationem, summo cordis sensu & affectu semper exerceri debemus.

*Clim. gr.  
nem, pag.  
fag. 371.*